De satisfactione

quid sit satisfactio

Satisfactio est secundum Aug. de pe. di. iij peccatorum causas excidere et earum suggestionibus aditum non indulgere. Item secundum Ansel. Satisfacere est honorem deo debitum reddere. Notandum quod ad emendationem peccatorum magis mortalium necessaria est satisfactio. oportet enim ut emenda ad plenum purgetur quantum ad reatum et quantum ad actum. Ad reatum ut de preteritis satisfaciamus. Ad actum vero ut deinceps nil tale committamus

qualis debeat esse satisfactio

Qualis autem debeat esse satisfactio per ea que dicit Thomas de aquino declarat sic dicens. Satisfactio debet esse talis per quam aliquid nobis subtrahamus ad honorem dei. nos autem non habemus nisi tria bona. scilicet bona anime. bona corporis et bona fortune. scilicet exteriora. De bonis quidem fortune subtrahimus nobis aliquid per elemosinam. sed de bonis corporalibus per ieiunium. ex bonis anime non oportet ut aliquid subtrahamus nobis quantum ad essentiam sed quantum ad diminutionem ipsorum quia per ea efficimur deo accepti. sed hoc quod ea submittimus deo totaliter et hoc per orationem. hec Thomas

de partibus satisfactionis

Notandum quod satisfactionis quedam sunt partes principales. scilicet oratio ieiunium et elemosina. Quedam vero sunt secundarie que ad has requiruntur ut vigilie peregrinationes et discipline. Dicendum est quod omnia opera carnem affligentia reducuntur ad ieiunium. Omnia vero opera spiritualia ad orationem. omnia opera misericordie ad elemosinam. Item per ieiunium innocamur a concupiscentia carnis. per elemosinam a concupiscentia oculorum. per orationem a superbia vite.

Per ieiunium ordinatur homo in seipso. per elemosinam ad proximum.

Per orationem ad deum.

Per ieiunium fit satisfactio de bonis corporis. per elemosinam de bonis exterioribus substantie. per orationem de bonis mentis.

de duobus in quibus consistit satisfactio

Item potest eciam dici quod satisfactio consistit in duobus scilicet in castigatione et

lemosine et cambus materiatione

In odd coppiud oe qn aliqs seipz offert deo
liup ipmisere an tne placeß deo qui cum
paupi elemosinaz pbz ? se ab iniq'tie no ab
stinz. q'd min' z obtulit z q'd maius ispuant.
In copassione xpi qua copatim alienis,
aduersitatib q tqz nostris. vt s qui exteri
ores diuitias non hnt. in hys inte
opibus se exerceant.
In lagitioe manual. vn in ena pat e
leosinaz et oia munda erunt vobis lk o
vtg elcose que velut fluctu fontis uri
gui et petoz inquinamenta detergis et
estuantu viroz flamas extinguis

Sunt etiam s'm quosda 4 te elimosine corporales scilicet
pasce esurientes. potare sitientes. vestire nudos. colligere hospi
tem. visitare infirmos. redimere captiuos. sepelire mortuos. vn
visito poto cibo redimo tego colligo condo

qb' q̄sistit cambus materia quid sit oro — Cambus materia consistit in x ⁰or in orationibus ieiuniis
vigilijs et flagellis. De oroe scias quod oro
est congeries vocum ad aliquid obtinendum z in deum tend
tur. ipsa ei cum ex corde contrito z humili fusa fuerit
remissionem petoz a deo z reconciliationem obtinebit

Duc z oro — quedam z contemplatiua q̄ z q'sa in celis z z ta
lis tolit' e delectabilis no satisfactoria
alia z que p petis gemitus fundet et talis
hz pena z e satisfactionis pars

de tripli ie iunio — De 2⁰ scilicet de ieiunio sciendum quod triplex z ieiunium p⁰ im
pes a cibo materiali. 2m affectionis a gaudio temporali.
3m spirituale a peccato mortali. hoc tripliti ieiunio deum

castigare corpus meum. Patet ergo quod potest ieiunare a cibo nisi — *de ieiunio corporali*
ieiunet a peccato. De ieiunio vero corporali sciendum quod
abstinentia a cibo materiali carnem affligit et penam generat
et ideo est magna pars satisfactionis. Et ut communiter penitentibus
ieiunium pro peccatis indicitur. ut per abstinentiam castigati
citius a suis sceleribus emendentur

Ieiunium debet esse comitatum — largitas, leticia, hora et mensura — *ieiunium comitatum*

De largitate dicit Ieronimus quod
manducaturus eras si non ieiu-
nares da pauperibus ut ieiu- — *de largitate*
nium tuum sit saturitas anime
[illegible]. De leticia dominus dicit Cum ieiunatis — *de leticia*
nolite fieri sicut ypocrite tristes. De hora legitur in libro regum quod Io- — *de hora*
nathas quia prevenit horam adiudicatus fuit morti. De — *de mensura*
mensura beatus Augustinus: mens avida ciborum lassa perdit orationis virtutem.
Tunc de vigiliis videndum est de quibus dominus dicit vigilate et — *de vigiliis*
orate ne intretis in temptationem. Et beatus Petrus in canonica sua:
Sobrii estote et vigilate. Nam qui sobrie vivit agilior est
et expeditior ad vigilandum. Cum vero repletus fuerit
cibo segnis erit et piger ad mane surgendum ad deum lau-
dandum nec talis potest dicere cum propheta: Media nocte surgebam
ad confitendum tibi. Et quia vigilie quandam fatigati-
onem habent annexam seu penam ideo sunt partes satisfactionis
pro peccatis. Ad hanc igitur vigiliarum virtutem sectandam
hortatur beatus Paulus sic dicens: In omnibus exhibeamus
nosmetipsos sicut dei ministros in multa patientia
in vigiliis multis.
Tunc ultimo hic videndum est de flagellis que proprie consistunt in — *de flagellis*
actibus penitentialibus scilicet cinere cilicio et lacrimis. Deinde in
pectoris tunsione iugi genuflexione et disciplinis. Item
in afflictione peregrinationis. Item in tribulatione et consimilibus

egritudine et afflictione penalia flagella sustinent Job
Similibus ergo penitens qui per eum Dominum per sua scelera
peccavit studeat de istis flagellis assumere et suo creatori
per talia opera penalia satisfacere et qui prius per oblecta
menta recessit a deo nunc per afflictionem carnis et amaritudinis
penitentie iterum convertatur redire De hoc petrus damianus sic dicit
Optime penitet qui dum carnem verberibus macerat luxu
quod delectatione carnis amiserat afflictionibus recompensat
Et salubre illi nunc amaritudinem ingerit cuius olim
noxia delectatione peccavit Ezechiel differt quibus ter
minis caro adducitur dudum voluntatis precedentis illece
bris vicaria repressi corporis afflictione mulctetur quia
quos caro leta trahit ad culpam afflicta reducat ad veniam hec
Unde quisquis si hic pro suis excessibus non affligeret nec — *de utilitate flagelli dei*
a deo flagellatus fuerit a consortio filiorum dei alienus erit
unde beatus augustinus flagellat deus omnem filium quem recipit
et tu exceptus eris Si fueris exceptus a passione flagel
lorum non eris in numero filiorum
De duratione penitentie an oporteat penitentiam esse perpetuam videtur — *An oporteat penitentiam esse perpetuam*
secundum thomam de aquino quod duplex est penitentia quedam interior et
quedam exterior Interior est qua quis dolet de peccato
commisso et talis penitentia debet durare usque ad finem vite. Oportet enim — *de duplici penitentia*
ut homini displiceat quod peccavit Si enim placeret peccasse iam ex
hoc ipso peccatum incurreret et fructum venie perderet Ex
terior est qua quis exteriora signa doloris ostendit et verbo
tenus peccata sua confitetur sacerdoti absolventi et iuxta eius
arbitrium satisfacit et hanc non oportet durare usque ad finem
vite. Sed ad determinatum tempus secundum mensuram peccati
unde et ploratus et lachrime ad actum exteriores penitentie
pertinent qui non solum debent esse continui. Sed etiam
opus quod duret ad finem vite quia mutatis operis penit

tus est plena remissio peccati et quantum ad culpam et quantum
ad penam propter eius consumptionem non est necesse quod homo ulterius
exteriorem penitentiam agat per hoc tamen non excluditur convenientia pe-
nitentie qualis dicta est s. tho.

Et quamvis non sit quod homo sit certus de peccati remissione tamen propter hoc
non oportet penitentiam exteriorem esse perpetuam quia non exigitur
in talibus certitudo scientie sed sufficit certitudo coniecturalis probabilis
ut est quando homo fecit probabiliter quod est ex parte sua erat do-
lendo confitendo satisfaciendo cavendo et c.

Notandum etiam quod penitentia non est consideranda a confessore quantum ad quan-
titatem temporis sed secundum qualitatem compunctionis et emenda-
tionis. nam quanto plus in fletibus quis compungitur et maio-
rem pro suis reatibus dolorem habet tanto citius a peccatis pec-
catorum purgatur unde dauid et petrus per confessionem et lac-
rimas statim mundati sunt De pe. di. 1. s. aug. Dominus in-
non constituit penitentie modum in temporis quantitate sed in com-
punctionis et correctionis qualitate. ita dauid et petrus confes-
sione et lacrimis statim mundati sunt. et latroni in cruce con-
fitenti dictum est in ipso mortis articulo hodie mecum eris in pa-
radiso In actione ergo penitentie non tam considera-
da est mensura temporis quam doloris s. aug.

Item opera bona et meritoria quibus per peccatum mortificantur
tamen per penitentiam sequentem vivificantur Unde thomas de aquino
Quidam dixerunt quod opera meritoria per peccatum sequens mor-
tificata non reviviscunt per penitentiam sequentem considerantes quod opera
illa non remanent ut iterum vivificari possent Sed in hoc
impediri non potest quin vivificentur quod autem non habet vim
et efficaciam perducendi in vitam eternam hoc provenit ex im-
pedimento peccati supervenientis per quod homo redditur in-
dignus vita eterna. hoc autem impedimentum tollitur per penitentiam in

Quod de duratione penitentie

Consideranda aliquid circa penitentiam

An bona opera per peccatum mortificata revivificentur per penitentiam

quidem per ea remittentur peccata. Unde restat quod opera penitus mor-
tificata per peccatum per penitentiam recuperant efficaciam per-
ducendi eum qui fecit ea in vitam eternam quod est eorum
meritum et ita patet quod opera mortificata per penitentiam reviviscunt.
Versus. Que sub mortali bona fiunt dant bona terre
Cor reddunt humile minuunt tormenta gehenne

De virtute discretionis
Sciendum quod virtus discretionis penitentibus et novitiis conversis
maxime est necessaria. Dicitur enim a beato Bernardo. Non sic calliditas hostis
maximam habet efficaciam ad tollendam de corde dilectionem
quam si efficere possit ut in ea incaute ambulet et non
cum ratione. Ubi autem vehemens fervor et emulatio
ibi maxime discretio necessaria est que est ordinatio caritatis.
Discretio non tam virtus est quam quedam moderatrix af-
fectuum et morum doctrix. Unde qui in discretione con-
versatur suam ipsius salutem operatur. H. de S. V.

De necessitate discretionis
Necesse igitur est ut cauti et circumspecti simus tam in
cavendis malis quam in agendis bonis ut nostra facta
sortiantur bonum finem. Unde b. Gregorius x moralium dicit. Sepe
enim quod bono studio gerimus dum discretionem negligimus
quo iudicetur fine nescimus. Et nonnumquam hoc fit reatus
criminis quod putatur causa virtutis. Unde necesse est ut
non solum intueamur quid agimus sed etiam cum quanta
discretione peragamus. Primum quidem ne mala quoquomodo
agamus postmodum vero ne bona incaute faciamus. H. de S.
Sciendum quod ergo operatur opus bonum indiscrete ultra vi-
res corpus suum affligendo magis peccat quam meretur. Te-
sta. H. de S. V. qui dicit. De rapina holocaustum
offert qui nimia egestate vel somni penuria
corpus suum immoderate affligit. H. de S. V.

Et. Cassianus in collationibus patrum. magis peccat quam mentitur qui ultra vires suas bonum operatur

Quod sit periculosum indiscretionis vitium. dicit ergo bernhardus in epistola ad carthusienses. Sunt namque corporalia exercitia in quibus necesse est corpus laborare sicut sunt vigilie ieiunia et alia huiusmodi que spiritualia non impediunt sed adiuvant si cum ratione et discretione fiant. que si ex indiscretionis vitio sic agantur ut vel deficiente spiritu vel languescente corpore spiritualia impediantur. tunc aufertur corpori ipso boni operis effectus. spiritui affectus. proximo exemplum. deo honor. et sic agens sacrilegus est et omni honore in deo reus

Quod sit periculosum indiscretionis vitium

Affligendum est autem corpus aliquando sed non conterendum et modus in omnibus est habendus propter quod ad modicum sed tamen non in concupiscentiis cura carnis gerenda est. agenda vero sobrie et cum spirituali quadam disciplina ut nequid in modo eius neque in qualitate neque in quantitate appareat aliquid. quod non deceat servum dei. Hec bernhardus

Quod bona opera magis indigent discretione quam devotione et quamvis devotio deum amantis terminum non debeat habere debet tamen terminum et discretionem habere opus bene operantis. De hoc dicit ergo bernhardus sic. nolo vos orare usque ad tedium ieiunare usque ad defectum. flectere genua usque ad debilitatem. bona enim opera non tam indigent devotione quam discretione. Et beatus bernhardus. Sicut nullum terminum vel finem debet habere devotio amantis sic suos terminos et fines et vigilias debet habere actio operantis. nam virtus discretionis absque caritate frigida iacet et vehemens fervor absque temperamento precipitat

Quod bona opera magis egent discretione

Per duo acquiritur virtus discretionis. Primum est diligens inspectio exemplorum precedentium patrum. nam eo studio quo legendo investigamus vitam sanctorum patrum. qualiter in hoc mundo vixerunt. quo agendum sit per eorum discretionem

Quo acquiritur discretio

et exempla sequentur. Credendo enim veri humilitas
Christi est qui vult ad hanc virtutem pervenire. ut se
humiliet. et non solum que agenda sunt sed etiam cogi-
tationes noverit sibi advenientes senioribus et magis-
tris intimare studeat. nec suo sensui adhereat sed
illorum iudicio et diffinitioni acquiescat.

nō

Item dicit Thomas in quarto sententiarum [illegible] de confessionibus quod pro satisfactione peni-
tentie peccati mortalis in purgatorio secundum dei iustitiam deberet quis
tot annos puniri quot sunt dies in septem annis. Et ratio est quia in penitentiali
secundum veram iustitiam debet septennis penitentia iniungi pro uno peccato mortali
ut habetur xxxiii. q. iiii hoc sacrum. Ideo in purgatorio dabitur sibi ang[illegible]
pro die una [illegible] dominus dicit per prophetam alias quod homo tempore gratie
et nunc peniteret ut habetur Ezechielis iiii Diem pro anno dedi tibi. Dicitur
quod in presenti tempore gratie et nunc pro anno. Sed in futuro ubi erit ipsa iustitia
Item et hoc probatur in filiis Israel qui per xl annos fuerunt in
deserto propter peccata sua retardati antequam intrarent terram promissionis
omnes qui si non peccassent in quadraginta diebus intrassent
Item [illegible] nemo debet desperare quia intelligenda sunt secundum veram iustitiam
dei. Sed dei misericordia et contritio et erubescentia confessionis et
satisfactio in presenti que fit per bona opera que quis facit. Item et
tribulationes et infirmitates et persecutiones quas quis patitur et volun-
tarie sustinet. Indulgentie multum de pena purgatorii delent
Item et suffragia que fiunt pro animabus valent eis plurimum
ut eo citius liberentur a purgatorio